SERVASANCTUS TUSCUS DE FAENZA

Italien (?), 3. Viertel 15. Jh.

Seite 217r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8408
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

sibi lapidem pariat. Dic ergo quomodo esse possit. Item
virtus nature ad invicem sic se tenet ut. Et tactu
est. Ergo dic quomodo esse possit quod oppallius lapis
oculos se portantis illesos custodit sed omnium a-
liorum oculos impedit et quadam auuilla percutit
ut quid circa se fiat videre non possint. Item cum
teste philosopho omnis actio sive corruptio sit ex contrario et
oppositum nulla ut videtur contrarietas sit ad aurum
quid est quod circa aurum inveniuntur esse venena. Ita ut
cum auro liquefacto posita ipsius sint consump-
tiva et annichilativa. Similiter et amigdala que
cibus sunt hominum infirmorum vulpi inveniuntur
esse venenum. Item veniamus ad alia que videntur
mirabilia de quibus si potes rationem assigna. Nam
fons est in egipto in quo faces extinguuntur ac-
cense et iterum in eo accenduntur extincte. Item
apud Garamantes fons alius est tam calidus noc-
tis tempore frigoris ut tangi sine lesione non possit.
Et tam frigidus diebus tempore caloris ut ex eo bibere
non possit. Item fons est in Boetia duplex mira-
bilium naturarum sibique oppositarum quorum unus me-
moriam facit alter oblivionem inducit. Item fons
in Ethiopia rubei coloris ex quo omnis qui bibit
statim lunaticus sit. Item sunt in Sicilia duo
fontes quorum unus sterilem facit alter sterilitatem
pellit et fecundas eas facit. Item fons est quidam
in Idumea quater in anno colorem mutans
Quia tribus mensibus vel cum pulvere mixtus tribus a-
liis vel sanguineus aliis tribus est viriditate tinctus
Sed aliis tribus est clarus et lympidus. In Sardinea
sunt fontes calidi qui oculis valent infirmis
et quod est mirabile dicitur fures apprehende eo quod
ex illa aqua dum oculos abluunt ceci fiunt. Red-
de ergo curiose si potes de tantis fontibus rationem
Sed asfalta de lacubus. Nam lacus est in Iudea in quo
nihil vivit nihilque habens animam potest mergi